

23 januari 1661

Antwoord op Worp, *Briefwisseling*, 5667.

**m**: Den Haag, KB, ms. 133 B 8, nr. 68; **d1**: Worp, *Briefwisseling*, 5678; **d2**: Rasch, *Driehonderd brieven over muziek van, aan en rond Constantijn Huygens*, 1035-1037, nr. 5679.

Ill[ustrissimo] V[iro], D[omi]no Constantino Hugenio S[alutem] P[lurimam] D[icit] A[nna] M[aria] a Schurman.

Pulchrum institutum tuum, Vir Illustris, non possum non utroque (quod dicitur) pollice comprobare: nec ego tantum, sed quibuscum illud communicavi (communicavi autem quam plurimis) ad unum omnes per omnia *ὁμοψήφους* experta sum, et inprimis communem illum nostrum amicum, quem in huius gratiae consortium nominatim admittere dignatus es. At quo ardentius hanc reformationem promotam cupiunt, eo magis, propter horum temporum τὸ ἀθεράπευτον desperare videntur. Optime nosti tritum illud, *συνήθειαν μακρὰν ἰάσασθαι χαλεπὸν*. Neque eo ipso a te dissentiunt, qui id ipsum in scripto tuo non dissimulas. Est tamen vir aliquis praecipua dignitate et prudentia censendus, qui arbitratur non inconsultum fore, si hoc Opus primum in luce poneretur, quo homines, eius facilitate et praestantia illecti, prius illud reciperent in familias et sic deinceps in ipsam Ecclesiam sensim introducendi viam pararent, quod felicius processurum putatur, si quinque aut sex praestantiores canendi modi in nostra ecclesia recepti retinerentur.

Quod specimen *πολυλωπτίας* a me expetis, soltam tuam humanitatem agnosco, quia vix puto a manu mea quicquam proficisci posse, quod musaei tui lucem mereatur. Ubi tamen aliquid otii nacta fuero, eius periculum facere non plane detrecto. Vale. Ultrai[ecti], X Kal[endas] Febr[uarias] MDCLXI.

[*Adres:*] Mijn Heer, Mijn Heer van Zuylekom, Ridder en Raetsheer van H[aere] Hoogh[eid] in den Hage bij het Hoff. Loont.

1-2 Ill[ustrissimo] ... Schurman: *om. d* 5 per omnia: *om. d* 9 tuo: *om. d* 12 illud: *om. d* 18 Febr[uarias]: *om. d* 20-21 Myn ... Loont: *om. d*

Anna Maria Schurman groet de Doorluchtige Heer, Heer Constantijn Huygens allerhartelijkst.

Ik kan niet anders dan uw voortreffelijke plan met beide duimen goedkeuren, zoals men zegt.<sup>1</sup> Dat geldt niet alleen voor mezelf, maar voor iedereen met wie ik erover heb gesproken, en dat heb ik met zoveel mogelijk personen gedaan. Ik heb ondervonden dat ze allemaal in alle opzichten *eenstemmig* zijn in hun oordeel, in de eerste plaats onze gemeenschappelijke vriend, die u de eer hebt gegeven met name te worden opgenomen in de vriendschap die ons verbindt.<sup>2</sup> Welnu, hoe vuriger hun verlangen deze hervorming aan te prijzen, des te groter blijkbaar hun wanhoop over de tijdsomstandigheden waartegen *geen kruid gewassen* lijkt. U is maar al te zeer bekend met de gemeenplaats '*een ingewortelde gewoonte laat zich moeilijk uitroeien*'.<sup>3</sup> Ook op dit vlak kunnen ze u bijtreden, u vermeldt het trouwens in niet mis te verstane bewoordingen in uw tekst. Toch moet men een buitengewoon waardig en wijs man kiezen, die vindt dat het niet onbezonnen is, indien dit werk eerst zo verschijnt, dat een schare van mensen, aangetrokken door diens kwaliteiten en uitmuntendheid, het vooraf in hun gezinnen aanvaardbaar maken en zo de weg bereiden om het vervolgens geleidelijk in de kerk zelf te introduceren. En men denkt dat dit met meer succes kan gebeuren, indien vijf of zes van de zangwijzen die bij voorkeur in onze kerk aanvaard zijn, worden geselecteerd.

Om terug te komen op het specimen van *meertaligheid* dat u van mij verlangt, ik herken hierin de beminnelijkheid die u eigen is. Ik kan immers moeilijk geloven dat mijn hand in staat is iets voort te brengen dat de moeite loont om in uw kunstenkabinet te prijken. Zodra ik wat tijd vrij heb, wil ik toch wel een poging in die richting wagen. Het beste. Utrecht, 23 januari 1661.

[Adres:] Mijn Heer, Mijn Heer van Zuylekom, Ridder en Raetsheer van Haere Hoogheid in den Hage bij het Hoff. Loont.

---

<sup>1</sup> Naar Erasmus, *Spreekwoorden* I, 8, 46.

<sup>2</sup> Nl. Gisbertus Voetius.

<sup>3</sup> Cf. Johannes Climacus, *De trap van het paradijs* 19 (= ed. Migne, *Patrologiae Graecae* 88, col. 937, l. 13).